

Mythologia, Francfort, 1581 - X [30] : De Luna

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - X \[30\] : De Luna](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III

[Mythologia, Francfort, 1581 - III, 17 : De Luna](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[30\] : De Lune](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[30\] : De Lune](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - X [30] : De Luna, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 11/01/2026 sur la plate-forme EMAN :
<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6087>

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)Latin

Paginationp. 1039-1040

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Lune](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

bus, unde non dabatur amplius reditus. quæ quidem præcepta fabularum, nihil propè dissentiunt à veris Christianæ religionis institutis : nisi quod illi sub fabulosis hæc occultarunt, quæ nos habemus aperta & manifesta.

De Hecate.

Cùm vellent autem demonstrare omnibus necessario esse moriendum, neque posse quenkumque Dei voluntatem effugere, aut ab eo statutum diem præterire, Hecaten Iouis filiam & Asteriæ finxerunt esse : quæ credebatur vis esse per astra descendens & occultè agens diuinitus in corpora hæc inferiora, ab ijs qui Iouem omnia regere putarunt, & omnibus moderari, unde omnia proficiscerentur. quamuis alij fatorum cuiusque esse ordinem ac vim existimarent, quæ diuinitus in corpora mortalia funderetur : quam, cùm nulli esset cognita, Noctis filiam crediderunt.

De Somno.

Enimuero ne obliuisceremur somnum morti esse simillimum, atque omnia quæ dormiunt interire etiam aliquando solere, Somnum Deum esse antiqui tradiderunt Mortis fratrem : atque somnus ille suauissimus dicitur, qui morti sit perquam similis. non enim solum ad recuperandas vires à Deo hunc datum esse animabus dixerunt sapientes, sed etiam ut admoneremur quotidie quod mortuorum sumus imagines.

De Proserpina.

Ad explicandum verò seminum plantarumque omnium naturam Proserpinæ figmenta antiqui introduxerunt : quæ sex menses esset sub terra, & totidem supra terrâ. Sic enim diffundi virtutem plantarum sex menses in ramos ob frigus subterraneum significabant, cùm ab hyemis frigore superiore & circumstante virtus earundem plantarum intra terram includatur. nã sic natura suas vires omnibus animalibus, naturalibusque corporibus impertit, ut alternè exerceant, quippe cùm dies etiam negotijs agendis, nox quietis causa concessa sit.

De Luna.

Lunæ naturam præterea viresque explicantes illam filiam Hyperionis siue Solis dixerunt, quia cùm corpus sit diaphanes, tanquam speculum lumen à sole acceptum rursus in terras ad nos transfundit. atque eadem de causa Solis soror etiam dicta est. Per cursum celeritatem motus proprii indicarunt ad

exprimentā naturam, quia semper vel maior vel minor quotidie fieret. variorum colorū vestes illi tribuerunt ad explicandas vires. Hanc eandem marem & foeminam dixerunt, quia, ut foemina, humorē præbeat vilē animantium nutrimento, atq; eadem calorem vna sensim infundat, qui plurimum conferat ad incrementum: nam sine hoc ipso calore inutilis eius opera esset omnino putanda. Et autem quantum possit manifestum fiat, argumēto sunt ea quæ pertinent ad partus prægnantium animalium, quæ vim Lunæ perspicuè sentiunt: quare Lacina etiam dicta est, quod in lucem animalia educat. Hæc eadem corruptioni etiam plurimum cōfert, quare maximè in diebus Lunæ criticis periclitantur grauiter ægrotantes.

De Diana.

Diana & Phœbus Latonæ ac Iouis filij creduntur, per quam fabulam significare mundi ortum voluerunt. nam cum informis esset prius in vnā molem confusa mundi materia, quia omnia obscura essent & laterent, tenebræ illæ Latona vocatæ sunt. Phœbum & Lunam Iupiter euocauit ex his tenebris spiritus domini scilicet, cum dixisset, Fiat lux: cuius lucis autor est Phœbus & Diana. sic igitur mundi creationem à luce incepisse antiqui significabāt. sed de his latius postea suo loco dicemus.

De campis Elysiis.

Sed quoniam explicata sunt supplicia quæ grauissima & sempiterna cōsceleratis hominibus ab antiquis post mortem proponebantur, ut detererentur ab omnibus sceleribus, & ab omni turpitudine, videtur esse necessarium ut quæ præmia viris bonis, quibus allicerentur ad probitatem, fuerint ab iisdem proposita, perquiramus. Erant igitur ijs infulæ duæ cōcessæ, ad quas lenes & odoriferi venti, tãquam per incredibilem florum copiam pertransissent, suauiter spirabant. solum pingue, quod omnia sine humana diligentia facile produceret: locus multis semper florum fructuumq; suauium generibus abundabat, & plantis domesticis ubiq; vestiebatur. vineæ singulis mensibus fructum ferebant. aer sincerus & temperatus, qui nullam temporum patiebatur mutationem. nam omnes maligni veni vel protus hinc exulabant, vel si peruenirēt, prius per inania loca defatigabantur, omnesq; inclementiam exuebant, quæ loca illa attingerēt. placidissimi imbres hic à Zephyris vel ab Argeste excitabantur, cum plerumque tamen terra ob suam naturā